

PROGNOSTI
CON DIVI VINCENTII
CONFESSORIS ATQVE DOCTORIS,
ordinis prædicatorꝝ, De Antichristo mixto & pu-
ro, Deqꝫ persecutione eorꝝ. Itemqꝫ, quõ nau-
cula Petri periclitabitur, mergi tamen
non poterit. Postremo autem de
modo, Christi Ecclesiam
reformandi, &c.

m 920 *Lab* *t 4*
EPISTOLA EIVSDEM AD
Benedictum Papam decimumtertium, de fine
mundi. Qua hoc nostrum corruptissi-
imum seculum pulchre ad-
umbrat.

EX ANTIQVISSIMO QVO
dam vaticinio, apud Sueuos nuper adinuento,
¶ Felix qui superuixerit annum tricesimũ. Sed nimium
felix ac beatus cui fulserit annus tricesimusqꝫtus. Tunc
enim Ecclesia pulcherrime reformabitur, regnabitqꝫ
Cæsar clementissimus, & Papa sanctissimus.

¶ Secunda Petri Primo.
¶ Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei hmoiſe.

Anno M. D. XXIX.



INTEGERRIMO VI-
RO LIBERALIVM ARTIVM DOCTORI

dño Ortwinio Gratio: Quentelianæ officinæ dire-
ctori doctissimo, Georgius Steyn. artiū magi-
ster, Chrianiq; gregis in Kirchē ppe Hey-
delbergā moderator, S. P. D.

ANte aliquot dies doctissime Ortwine codiculum anti-
quissimū Heydelbergē, in dominicanorū bibliotheca,
puluere situue obductū offendi, quē aperiēs sancti Vin-
centij doctoris celeberrimi prognosticon define mū-
di insertū inueni. Vnde animus meus singulari efferbuit gaudio.
Illū a dñici familiæ primario Iohāne Cronabergio, uiro uideli-
cet moribus festiuissimo (ne aliqd elatius de modestissimo hoīe
dixerim) mutuo poscens, plibenter meis annuit uotis. Diuus ille
Vincentius Valentia ex nobili ferrariorū familia ortus, prædica-
torū ingressus ordinē, celebri doctrina, singulariq; sanctitate in-
signis fuit. Quindecim regna uerbū dei euangelizās peragrauit,
hocq; sanctissimū euāgelizādī opus, triginta tribus annis conti-
nuās, tam gratus extitit prædicator, ut nouellus æstimaret. Apo-
stolus: Hic sanctus, 25. milia Iudeorū & Saracenorū ad fidē ortho-
doxā legi conuertisse. Maximis coruscabat miraculis. Nam, 28.
defūctos suscitasse repit. Anno uero salutis, 1. 4. 18. btō fine quēit
Atq; p calixtū, 3. sanctorū cāthalogō fuit annumeratus. Euāgeli-
cus ille præco Vincentius, tractatu illo, pingui (ut aiūt) minerua,
mortalīū depingit abusus, quibus dei irā (qua, uili uermiculo (qui
nos sumus) horribilius nihil) uenamur, quam multis scripturæ
locis, Leui. 26. Num. 14. Deu. 28. Ezech. 4. & 18 (ut infinita fileā)
dei ridentes mādāta minas. Inaudita iā mala indies increfcere ra-
dicesq; dare uidem⁹, ut haud misē sit, deū Opt. Max. plagis etiā
ante hac seculo inauditis castigare mortales. Mundū in maligno
positū, christianā refrixisse charitatē (ne dixerim euulsam) homi-
nesq; oīm scelez voragine absorptos, q̄s nō uidet: Iniquitas em̄
abūdauit, quē spm̄ sanctū anīe nostræ ignē extinguit, abigitq;.
Spūs nāq; ille diuinus, nō habitabit in corpore subdito peccatis.
Omnes fere mortales genio indulgere, cutēq; curare (ut in puer
bio est) contendūt. Ecce heresiarchæ, fidelis anīe moenia, erro-
ri arietibus cingūt depredareq; aduigilant, Ecclesiæ sacra, suis pe-
stiferis peregrinisq; doctrinis conspurcare conātur. Sacrūq; ani-
mæ pabulū erroribus venenosis intoxicare moliunt. O qd aīe

Christi redemptæ cruore, hac veneni allecæ dulcedine, omnē
abijciūt ruborē. Peccatis deū Opt. Max. irritare euāgelicū arbi
trant, fidē iactātes nudā, otiosam, stertentēq; perhorribili capti
velania, vt p Christi passionē patri recōciliatis, ab opibus bo
nis feruari licere, impudenter effutiāt, indurati obcæcati q; cor
ripi nolunt. Omnes iuxta pphetā. Quid feci, dicūt. Cū David
(ego sum qui peccaui) confiteri aspernant. Quare tāta mali col
luies (Ois nempe caro suā corrumpit viā, gregq; pditus (vt Hie
remias deplāgit) populus dñi factus est) magni tumultus est p
sagiū. Flammāq; fumo esse proximā ex codiculo illo ppendere
possumus, diemq; cōflagratiōis haud procul abesse. Paratos er
go atq; vigilandū Chrūs dñs noster esse admonuit, ne pccupa
ti die mortis, q iuxta Paulū sicut fur in nocte, veniet; qram⁹ spa
tiū pccnitētiæ & inuenire non possimus. Peccator em (vt diui
Augustini vtar verbis) hac pcutit pccna, vt suūpsius obliuiscat,
qui dū viueret oblitus ē dei creatoris sui. Tuaz igit partiū erit,
(Grati amicissime, q vineq; dñi sabaoth cultor es fidelissimus) p
cōmuni mortaliū vtilitate codiculū illū scripturaz varijs redi
mitū flosculis, boni consulere. Haud parz apud deū & homies
fructus referes. Tractatus illius stilū vt offendi, reliqui, sciēs vi
rum illū sanctū, magna simplici stilo propalare mysteriorz arcā
na. Vale, Georgiūq; tuū mutuiter ama. Ex Heydelberga. X. Ca
lēdas Septēb. Anno à natali Christiano. M. D. XXIX.

¶ Epistolæ Finis.

TRACTATUS BEATI VINCENTII DOCTORIS ET CONFESSORIS ORDINIS PRÆDicatorū de Antichrō mixto & puro, & de persecutione eorum fienda.



Ecce positus est hic in ruinā. Lucę. 2. Vt grā san
cti spūs sine qua nullus sermo, & nulla doctrina
efficaciā habet sit mecū, vt loqui valeā breuiter
ad honorē dei principaliter, & vtilitatē anima
rum, & vobiscum sit, vt valeatis diligēter audi
re, & audita retinere, & retēta docere, quæ sint ad laudē trinita
tis, & salutē animaz; recurramus ad matrē Iesu Christi humili
ter, vt ipsa dictā grām nobis velit obtinere, deuote eam salute
mus, dicēdo: Ave Maria. Ecce positus ē hic in ruinā. Bona gens Lucę. 2
volens loqui ad præsens de fine mundi, primo proponā, quod

prædicatores asserentes finem mundi esse cito & breuissime. Non laudare nec vituperare volo. Secundo, q̄ prædicatores q̄ dicunt finē mundi non esse tā cito & breuissime sicut aliqui prædicant, immo multum distare, non laudare etiā nec vituperare volo. Sed ad ostēdendū q̄bus sit magis credendū, tres p̄phetias aperire volo breuiter. Vt cū videritis eas successiue cōpleri, poteritis agnoscere q̄s ipsorū p̄dicatoz sit verior. Nā oīa veteris testamēti cōtingebant nobis in figura. Sed nō allego auctoritates de fine mūdi: q̄a opiniones p̄dicatoz scissæ sunt hodie.

1. Cor. 10

Moraliter loquar quēadmodū magister scholares grosso pede instruit, vt ipsam bonā dōctrinā bonā intētiōe suscipiāt. Ita faciā ego, vt intelligēs itelligētior fiat, & sapiēs tabernacula possit deat: q̄a pauca sufficiūt intelligētī. Nā sicut porta domus aperta sine obstaculo vnusq̄sq̄ intrare poterit, ita intellectus sacre scripturæ cū aptus fuerit, sapiētior intrare poterit. Et sic faciā ego.

Præter .1.

Nā remotis oībus auctoritatibus ad p̄bandū finē mūdi propter opinioēs p̄dicantiū intellectū triū p̄phetiarū aperiā cū alijs, quas

Da. 2. 3. 4

cōcordabo cū illis tribus q̄ habent Dañ. 2. 3. & 4. capi. Quarū primū loquit̄ de ruina vitę spūalis, scđm de ruina ecclesiastice dignitatis, tertiū de ruina fidei v̄tr̄. Et sic cū videritis primū cōpleri, tunc poteritis dicere: Ecce status ecclesiæ .i. status vitę spūalis,

positus ē in ruinā. Et sic successiue de alijs duobus, & tūc laus erit vnicuiq̄ a deo, & tūc finis mundi erit cito & breuissime. Et oēs opiniones diuersæ p̄dicantiū equabunt̄, & lumē lucebit in tenebris rectis corde. Primo ergo dico, q̄ p̄phetia q̄ est Dañ. 2. ca. demōstrat nobis ruinā vitę spūalis, & cū videritis eā cōpleri, poteritis dicere. Ecce positus ē hic in ruinā.

Primo p̄
p̄phetia

Bona gēs, recitat Danieli dicto cap̄lo, q̄ Nabuchodonosor rex vidit in somnis vnā statuā altā, q̄ habebat caput de auro puro, pectus & brachia de argento, ventrē & scēmora de ære, tibias de ferro, & pedes vnā partē de ferro, & aliā de luto. Deinde vidit venire vnū lapidē de mōte remissum sine manu hoīs, q̄ pedes statuarū pcussit, & in fauillā statuā redegit. Bona gēs, allegorice loquendo: Ista statua demōstrat nobis initiū, mediū, & finē ecclesiæ. Nam caput statuarū aureū & purę, significat statū Ecclesiæ, id ē, t̄ps Apostolorū & martyz. Quia tūc Ecclesia erat de auro puro, id ē, Ch̄ianitas erat in p̄fecta vita spūali, & in ardore deuotōis, & in fraterna charitate. Nā sicut aurū excellit oīa metalla, sic vita spūalis oēs alias vitas. Nā in t̄pe apostolorū & matyz Ch̄iani a principio quo sciebāt loqui disciebāt facere signū crucis, & in mēsa oēs dā

bant benedictionē ante comestionē, & post comestionē redde-
bant debitas grās. Oēs sciebant p̄r n̄r, & aue Maria, & credo in
deū. Et quotidie orabāt de mane & de sero. Et omni die missas
audiebāt ante quodcūq; opus corpale, & quotidie cōcabāt, ser-
mones audiebāt, sciebāt modū cōfirēdi. Tēplo oblatōes & offer-
toria mīstrabāt, decias de q̄cūq; re sacerdotib⁹ dabāt, & qd̄ meli-
us erat eccl̄qs de bonis suis seruiebāt. Oēs ad inuicē charitatē ha-
bebant, non erant vsurarij, nec mēdaces, vēditores & empto-
res ad inuicē pacifici erāt, sine discordia, & sine infidia. Et m̄i-
monia in maxima honestate seruabāt hoīes. Eleemosynarij fi-
deles sine errore, dñi tpales recti & pleni misericordia. Deinde
Ecclesiastici, i. p̄lati p̄r erāt. Nā redditus suos in tres partes diui-
debāt, duas Ecclesiis & hospitalibus, orphanis, & viduis, & pau-
peribus dabāt, tertiā partē & minorē retinebāt sibi pro vita sua
& q̄ in capite anni superabat, pauperibus erogabāt, quotidie ce-
lebrabāt & p̄dicabāt caste & sancte viuebāt, & p̄p̄lo bonū exēplū
p̄bebāt. Sacerdotes sc̄ti, casti, deuoti, largi, discreti & honeste cō-
uersatōis sine auaritia, & p̄ximū cū māsuetudine & humilitate
diligebant & arguebāt. Religiosi honesti, paupes, obediētes, et
sanctæ vitæ, & de millē nō fuisset reptus vnus trāsgrediēs regu-
lam suā. Ecclesiæ erāt honoratæ à populo tā in parationibus q̄
in deuotōe. Et artifices & laborātes erāt fideles, articulos fidei,
& mādāta dei seruātes ad plenū. Religiosi suas regulas, & nomē
dei habebāt in magna reuerētia & maximo timore & honore.
Et fides cōcordabat cū verbis, vita, charitate, & deuotōe. Ita q̄
status Ecclesiæ erat tūc auḡ. p̄ux. Et istud t̄ps durauit vltra tre-
cētos annos. Et postea descēdit de auro ad argētū ipsa Ch̄riani-
tas, qd̄ minus valet. Et tūc surrexerūt Arriani & alij h̄eretici in
Ecclesia, q̄ seminauerunt errores & falsas opiniones cōtra fidē,
ita qd̄ mūdus p̄ eos totus corruptus fuit erroribus & opiniōib⁹
quos errores & opiniōes p̄ nūc nō oportet explicare, sed patēt
in eccl̄asticis libris, ita q̄ Ch̄riani pdiderūt formā signādī se, &
modū orādī & cōicādī, &c. vt supra. Et finalr stat⁹ veræ fidei, &
bonæ vitæ corruit. Et tūc deus misit doctores Ecclesię. s. Sylue-
strū, Augustinū, Hieronymū, Ambrosiū, & alios q̄ plures sc̄tōs,
& egregios doctores, q̄ sustētauerūt fidē catholicā, & p̄cepta le-
gis, virtutes & sacra, & vitā bonā & sanctā, exponēdo sacra scri-
pturam, & disputādo cōtra h̄ereticos, nō sicut nostri doctores
moderni. Et illud argentū versum ē in scoriā. Sed tamē ecclesia
nunq̄ ponit reduci ad pristinū gradū aureū. Et tūc eccl̄ia descē

dit de auro ad argentum: quia tunc ardor deuotionis in ea perditus fuit. Et illud rps durauit ultra quingētos annos. ¶ Et tunc Ecclesia, i. status Chřianitatis descēdit de argento ad ventrē & feemora, quę erant ærea, qđ minus valet. Nā sicut æs voluit, & reuoluit, & ad quācunq; rem male sonat, sic tunc Christianitas voluebat modicū à parte dextra contra fidē per falsos errores, & modicū à parte sinistra contra virtutes dei per malos & turpissimos mores, quia erat turpissimus sonus quod verbū dei nō prędicabat. Et tunc venit Mahometus, & subuertit totā barbariā. Missę nō audiebant, nisi coacte, nō faciebāt orōnes homines, deū negabāt, & totus mūdus positus erat in malignitate, & oēs publice vitia ppetrabāt, & non erat iustitia, non pietas, non humilitas, non fides, nō obediētia mādatorū. Et tunc dñs Iesus voluit destruxisse mūdū, secundū quod reperit in legenda, & vita sanctōrū Dñici & Francisci. Quando omnipotēs deus prę nimia ira in ipso monstrata contra peccata mūdi cū tribus lanceis, quas contra mūdū vibrabat, quę demonstrabant tria. s. Antichristi psecutionē, mundi configationē, & diem iudicij. Et tunc beata virgo Maria obtinuit vnā modicā dilationem circa finē mundi à filio suo, s. quod expectaret prędicationem sanctōrū, ordinū, s. Dñici & Francisci, vt patet ex historijs ipsorū. Qui, s. prędicarent per mūdū, & conuerterēt gentes. Et durauit istud tempus tm̄, quantum istę duę regulę durauerunt in obseruantia fratrū. Et istę duę regulę quantum ad obseruantia iam deficiunt. Sunt em̄ plus q̄ quinquaginta anni, qđ eorū fratres eas non obseruabant, nec quo ad vota, nec quo ad ceremonias, immo effecti sunt peiores q̄ cæteri Christiani in superbia, luxuria, auaritia, gula, & in symonia, & cætera. Ita qđ sunt exempla malę vitę totius mundi, & facti sunt via perditionis. ¶ Deinde statua, id ē, Ecclesia descendit de ære ad tibias ferreas, & est tempus in quo sumus modo. Nam sicut ferrum ē asperum, durū, implacabile, & in se frigidum, quod non potest mutari, nisi per ignē & percussionem malleorū, sic est modo Christianitas. Nam iam non est prælatus, non dñs temporalis, non religiosus, non sacerdos, non status maritalis, nec heremita, nec mercator, nec status virginalis, nec status vidualis, nec ciuis, nec artifex, nec scutifer, nec seruus, nec magister, nec discipulus, nec doctor, nec legista, nec baccalaureus, nec artista, qui se emendare velit de mala vita, nec per prędicationes, nec per exempla, nec per tormenta, nec per infirmitates, nec per gra-

Nota

**Obstina-
rio**

ues mortalitates, nec per fames, nec per inundationes aquarū,
 nec p obscuraciones solis, nec per terrā motus, & aliorum plane
 tarum. Que omnia quasi nobis videntur deliramenta. Et ita im
 placabiles facti sunt Christiani, quod non videntur homines,
 sed dæmones & infanti. Et sunt asperi super inuicem sine vlla
 pietate, mali sine vlla benignitate, crudeles sine charitate, vsura
 rij sine largitate, Duri sine vlla deuotione, amatores huius secu
 li sine dei timore, & contemptores regni dei sine vllō amore.
 Et sic sunt asperiores, implacabiliores, & duriores ferro Chri
 stiani isto tempore. O quomodo descendit statua ista, id est, sta
 tus Ecclesiæ de auro ad ferrum, quō deteriorata est. Quomodo
 verificatum est illud Psalmi: Humiliauerunt in compedibus pe
 des eius, ferrum pertransiit animam eius. Nam scitis quod com
 pedes impediunt compeditatum ire. Sic est q̄ quælibet anima
 cuiuslibet fidelis, quæ spiritualiter ire debet & festinare, vt di
 cit Psalmista: Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum,
 concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Ibunt de vir
 tute in virtutem, videbitur deus deorum in Syon. Nam anima
 cuiuslibet discreti debet habere duos pedes, cū quibus debet am
 bulare festināter de virtute in virtutem. Primus pes dexter, est
 amor cœlestis. Et secundus pes sinister, est timor infernalis. Et
 cum diabolus tentat de pctō, cogitare debet de inferno, in quo
 illæ pœnæ sunt paratæ cuiuslibet facienti peccatum illud, de quo
 tentat, & sic cogitādo resistet, tali peccato. Et quando diabolus
 tentat vt dimittat aliquod bonum inceptū, cogitare debet q̄
 dimittendo illud bonū inceptum, perdet grām dei, & amorē, &
 sic cogitando homo perficiet qd̄ incep̄erat. Et sic p̄ istos duos
 pedes, s. amorē & timorē, ibit de virtute in virtutem in præs
 senti, & in futuro videbitur deus deorū in Syon. Sed heu quia di
 cit Psalmista: Humiliauerunt in compedibus pedes eius. s. otio
 sitas & pigritia. Quia communiter compedes habent duos cir
 culos quibus claudunt pedes, ita quod compeditatus non p̄t ire
 festinanter. Ita isti duo pedes, s. amor cœlestis, & timor infer
 ni, qui faciunt ire aperte animam de virtute in virtutē, sunt hu
 miliati in compedibus otiositatis & pigricitatis, ita q̄ de mille
 non reperitur vnus qui amet deum, & infernū timeat, ac si nun
 quā deberet mori. Ideo bene dicitur: Ferrum pertransiit ani
 mam eius, id est, obstinatio & impoenitentia p̄transiit animam
 eius: cuiuslibet Christiani. O quāta duritia & pigritia ē modo
 in ecclesia dei; nam vix inuenit, qui sciat se signare signo crucis.

Hora his
 storia pba
 raēis, quō
 habuit cor
 dux 2 ipla
 cabile
 Exo. 25

Psal. 140.

Psal. 23

Psal. 140

Deploiat
 hoc corru
 ptissimuz
 seculum.

Pauci qui sciāt confiteri & velint cōficare, missas audire nolunt,
 & minime p̄dicatōes. Pāuci sunt q̄ sciāt articulos fidei. Paucio-
 res q̄ sciāt p̄cepta, & faciāt. Nō sūt oblatōes, nō soluunt decime
 nō p̄nt inclinari hoīes ad remissionē iniuriarū, & minus ad re-
 stitutionē rapinarū. Oēs sunt pomposi, mēdaces, luxuriosi, cu-
 pidi, detractores, deceptores, p̄ceptorū contēptores, deū blas-
 phemātes, deo nō seruiētes, instabiles, & plus scādalizāt, q̄ ē difi-
 care possint. Prælati sunt vani, supbi, pōposi, simoniaci, auari,
 vsurarij, luxuriosi, & fidē posuerūt in mēsurā terrenorū: q̄a tāta
 fidem habēt, quāta est mēsurā reddituū. Et quantū pōderāt red-
 ditus, tm̄ ponderat eorū fides. Modo currūt ad istū Papā, mo-
 do ad illū. Et illū dicūt verē Papā qui meliorē redditū tribuit v̄l
 p̄mittit. Et ipsi sustinēt intrusos & vitiosos potius q̄ veritatem
 dei, q̄ nō quærīt angulos, & nō lucere nō pōt. Ipsi sunt sine cha-
 ritate gulosi, & pigri, nō celebrāt, nō prædicāt, sed deū scādali-
 zant. Et ipsi dñi tpales sunt sine pietate, sine charitate, sine mise-
 ricordia, & sine pace. Religiosi nō tenēt regulā suā, scandalizāt
 proximū, & facti sunt via p̄ditionis. Sacerdotes pascant ad ho-
 nores, sed minime ad mores, nam sunt ignorātes, sapiētibus de-
 trahētes, hypocritæ, symoniaci, deteriores Iudeis, luxuriosi, iui-
 di, totū mundū corrumpūt, tardi ad oīonē, veloces ad luxuriā,
 crudeles sine misericordia, habētes multa arma, sed minime bre-
 uiaria, ptinaces, loqraces, sed minime veraces. Et gauderet po-
 pulus, si inter mille vnū bonū inuenirēt. Vñ præ dolore dicere
 possumus illud Threnorū. Quō obscuratū est auz, mutatus ē
 color optimus. Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omniū
 platearū. Nā auz bonæ vitæ obscuratū est in toto mundo. Mu-
 tatus est color optimus, id ē, verbū euāgelicū quod dñm depin-
 git varijs coloribus & virtutibus, mutatū est, id ē, intellectus sa-
 cræ scripturæ seu sacræ paginæ in colore philosophico, & poe-
 tico: q̄a p̄dicatores oēs nō p̄dicāt bibliā. Dispersi sunt lapides
 sanctuarij in capite oīm platearū. Nā isti lapides sunt religiosi sa-
 piētes, q̄ defendere debēt ciuitatē, id ē, Chriānitatē a dæmoni-
 bus, cū lapidibus, id ē, cū autoritatibus sacræ scripturæ, p̄dicā-
 do cōtra vitia. Dispersi sunt p̄ plateas dñorū tēporaliū, vt digni-
 tates tpales sibi acqrāt. Nā vix reperies doctores vel magistros
 in monasterijs, sed citius in curijs, nā vnus est cōfessor regis, ali-
 us reginæ &c. Et ita dispersi sunt lapides sanctuarij, i. ecclesiarū p̄
 istas plateas. Et bene possumus dicere: Pupilli facti sumus absq̄
 p̄re, matres nræ quasi viduæ, aquā nostrā pecunia bibimus, k-

Indignū ē
 idocri chri
 gregem in
 ficunt.

Ad fabu-
 las aut cō-
 uertunt.

Inuehit
 cōtra relis
 giosos.

gua nostra pretio cōparauimus. Thren. 4. dicit primo: Pupilli
 facti sumus absq; p̄re. i. absq; vero pastore ecclesiastico. Nā etiā
 aīa n̄a sunt absq; fideli p̄re spūali, q̄a possibile ē, q̄ deuota mu-
 lier volēs deo seruire, de decē vix iueniat patrē spūalem stabile
 Itē matres n̄a quasi viduæ sunt, i. dignitates ecclesiasticę quasi
 viduæ sunt: q̄a iam nō est ep̄s q̄ curat de aīabus sui ep̄atus, non
 rector q̄ curat de aīabus suæ rectoriæ, imo q̄ deterius est, ipsi
 absentāt se, & relinquūt vicarios ignorātes, q̄ plus eis reddunt,
 nec dolēt si lupi rapaces deuorēt aīas. Itē aquā nostrā pecunia
 bibimus. i. grām spūs sancti siue virtutē, quæ dant in sacramētis
 p̄ ministros ecclesiæ q̄ cooperte, vel apte symoniaci sunt. i. mē-
 taliter vel corporaliter. Ita q̄ à maiore vsq; ad minorē oēs aua-
 ritia studēt. Et sic totus mūdus positus ē in maligno & obstina-
 tiōe: q̄a nemo vult se emēdare, imo deteriores in peccatis effici
 unt. Et sic bene potest dici, q̄ ferrū. i. obstinatio peccati, p̄rāsiit
 aīam eius. i. cuiuslibet Ch̄riani mali. Sed illud ferrū hūiliabit per
 ignem, & per p̄cussione malleorū, & cito & breuissime erit iste
 ignis. i. p̄secutio in Ch̄rianitate. Quia deus q̄ dixit: Cum accepe-
 ro t̄ps, ego iustitias iudicabo, in breui excitabit irā sup̄ Ch̄ristia-
 nitatē ita validā, q̄ Ch̄riani si decimā partē intelligerēt, multū
 p̄ræ dolore mērerent, vt tñ coacte agnoscerēt creatorē, & ideo
 istis sic cōsideratis bñ possumus dicere q̄ statua. i. ecclesia descē-
 dit de capite aureo ad tibias ferreas, qđ ē t̄ps in quo sumus nūc.
 Vnde possumus dicere: Ecce hic. i. status spūalis, positus est in
 ruinā. Quia de capite aureo. i. de ardore charitatis: venit ad ti-
 bias ferreas. i. ad obstinationē in p̄ctis, nō se emendādo. Et qđ
 restat de statua, certe nō nisi pedes, quāz vna pars erat de ferro,
 altera de luto. Et illud erit t̄ps Antichristi, q̄ cū fuerit natus, gē-
 tes incipiēt esse de ferro. i. obstinati in peccatis plus q̄ dictū est,
 scz asperi, frigidi, duri, & implacabiles. O q̄ durū erit illud ferrū
 vltimæ partis statuæ Ecclesiæ. i. qñ Ch̄riani negabunt fidē, vt
 possint euadere tormēta corporalia. Et ista vltima pars bene erit
 t̄pe Antichristi, & erit de luto sicut vna pars statuæ: q̄a erūt gē-
 tes carnales. Nam nō seruabit lex matrimonij, nec gradus con-
 sanguinitatis, nec erūt ieiunia, nec abstinētiæ carniū. Sed erunt
 hoīes luxuriosi, & sine lege, gulosi, & sine abstinētia alicuius car-
 nalitatis, & erūt carnales totaliter sine tēperātia, auari & pōpo-
 si sine aliqua misericordia & humilitate, pigri & otiosi sine ali-
 qua diligentia suæ salutis. Et oēs Ch̄ristiani mali, erunt lutosi &
 ferrei. Et de isto t̄pe ita lutoso dicebat Dauid orādo, vt deus eri-

Cōtracle-
 ricos mas-
 xie recēlet
 abusum.

Hic. 6. 8.
 1. Johā. 5.

Psal. 74

T̄ps An-
 tichristi.

Psal. 68 peret eum de isto tēpore: Eripe me de luto, vt non infigar. Li-
 bera me ab his q̄ oderunt me, & de pfundis aquarū. Et erit tunc
 statua completa, cum de capite auri descēdit ad argentū, & gra-
 datim ad æs & ferrū, vsq; ad pedes ferreos & luteos, qđ est tem-
 pus Antichři. Et tūc bñ poterimus dicere: Ecce hic, id ē, status
 vitæ spūalis positus est in ruinam. Et tunc qđ restabit: Certe ni-
 hil, nisi qđ veniat lapis de monte missus sine manibus hominis, qđ
 percutiat statuæ pedes, & in fauillā deducat. Iste em̄ lapis est do-
 minus Iesus Christus, scđm qđ scriptum est: Petra aut̄ erat Chri-
 stus. Qui veniet à seipso, & alius homo non mittet: qā ipse super
 omnes est. Et pcutiet istā statuā. i. mundum per conflagratio-
 nem, & eum in fauillā reducet. Quia omne qđ elementatum est
 comburet in vno puncto, ita qđ non videbit ille mūdus nisi vna
 fauilla. Et sic ista prima pars nr̄i sermōis fuit moralis, ad cogno-
 scendum rōnabiliter finē mundi esse cito & breuissime, & iam
 vita spūalis sit in cauda sua. Ecce hic speculum morale primæ
 prophetiæ Danielis allegatæ. Sequit̄ secunda pars sermonis.
¶ Secundo, dico qđ scđa pphetia quæ est Danilis. 3. ostēdit no-
 bis ruinā Ecclesiasticæ dignitatis. Et hic aperiet mysteriū finis
 Ecclesiæ, vt qđ legit, intelligat. Et breuiter exponā quæ mihi de-
 clarata fuerunt sup̄ isto intellectu. Nā dicunt aliqui, qđ cito erit
 Antichřus manifestus in mūdo. Alij dicunt qđ nō, sed multū di-
 stat à nobis. Vñ ad habēdū notitiā de isto Antichřo, sciat vnus-
 quisq; qđ duo Antichři sunt futuri añ mūdi cōfractionē successi-
 ue, quorū vnus. i. primus erit Antichřus mixtus. Alius successor
 erit Antichřs purus. Antichřus mixtus veniet sub specie sancti-
 tatis, qđ vitā Chřianā mirabiliter ab extra tenebit, & in corde ha-
 bebit spm̄ malignū radicatū, qđ eum inspirabit sub specie boni,
 qui multa mala faciet ecclesiæ. Et iste nō acquiescet consilio ali-
 quorū, sed quæ videbunt sibi fienda per phas & nephas conabit̄
 facere ex instigatōe diabolica. Et multos reges & principes san-
 ctitate ficta decipiet, & ad maximū errorem & scandalum dedu-
 cet. Et etiā sapientissimos & doctissimos in lege errare faciet, &
 diabolus conabitur adimplere omnia cogitamina eius. Et spūs
 malignus dabit intelligere, qđ totum à deo ei eueniat, & etiā vi-
 ri in sanctitate famosi decipient per illum spm̄ malignum illius
 Antichři mixti. Et ut intelligatis clarius errorē illi⁹ maledi, secū-
 dum qđ mihi permissum est, verificabit̄ in ipso pphetia Danielis.
 Vbi recitat ipse Daniel in. 3. ca. qđ Nabuchodonosor rex fe-
 cit fieri vnā statuā aureā, quæ erat in altitudine cubitoꝝ sexa-

Vitā de/
 scribit an-
 tichristi
 mixti.

¶ Scđa pro-
 phetia.

ginta, & in latitudine cubitorum septē, & misit eum in capum ma-
 gnum, puincie Babylonis. Et postea fecit congregare oēs phi-
 losophos, astrologos, sapiētes, duces, comites, iudices, barones
 & principes, ut erigerent & publicarent idolum illud, & voluit
 quod sub pena mortis idolum illud adorarent vi vel gratis quando
 audirent sonum instrumentorum. Vnde oēs idolum adorauerunt
 vi vel gratis: aliqui gratis, & aliqui vi, hoc ex timore pœnæ. Et
 non fuerunt reperti nisi tres viri fideles, qui noluerunt adorare
 Idolum illud, scilicet Sydrac, Mysac, & Abdenago, qui malue-
 runt in clibanum poni ignis ardentis quam idolum illud adora-
 re. Et propter fidelitatem eorum erga suum creatorem angelus
 descendit, qui eos sic illæsos seruauit, quod capillus de capite eorum non
 periret. Et de hoc loquitur textus biblicæ secundum medullam præ-
 dicti capituli. Et ut bona gens clarius intelligatis, quæ dicunt sci-
 re debetis, quod Idolum Nabuchodonosor est Antichristus mixtus
 verificandus, & erit maius idolum quam fuerit aliquod à principio ec-
 clesiæ usque; nunc in dignitate papali, nec fiet postea in eadem di-
 gnitate usque; ad finem mundi, quia ille erit ultimus quantum ad
 dignitatem papalem. Non dico hic quod fiet papa, sed erige-
 tur illud Idolum contra verum Papam. Et ista erit quarta be-
 stia, quæ surget pessima de mari. Et cum videritis hæc fieri, cre-
 datis, quod breuissime mortuo eo manifestabitur Antichristus. *Deus an-
 tichristi.*
 purus, de quo capitulum quod sequitur, Danielis loquitur, ut di-
 cam inferius. Hic autem aperitur mysterium huius prophetiæ,
 seu figuræ. Nabuchodonosor interpretatur sedens in angustia agni-
 ta, vel sessio in agnitionem angustiarum. Etiam interpretatur pro-
 phetizans istius mundi signum. Et iste Nabuchodonosor erit
 vnus princeps magnus, qui in ultimis temporibus surget in ecclesia, &
 sedebit in indignatione, siue in angustia agnita. Qui Nabuchodo-
 nosor angustiat istum mundum tribulando corda hominum propter
 Idolum quod faciet. Sed erit agnita illa angustia quia illud idolum inter-
 ficiet deus mala morte, & tunc eius mors erit nota per totum mun-
 dum, & tunc erit clarificata malitia cordis sui, & corrupta sancti-
 tas simulata sua. Itē dico quod interpretatur prophetizans istius mundi
 signum. Nam iste prophetabit signum huius mundi. id est finem mundi. Et
 quod est illud signum quod nobis demonstrabit finem mundi, cer-
 te non possumus dicere, quod illud signum fuerit, quoniam sol tempore Iosue re-
 trocessit ad orientem, quia hoc non fuit signum finis huius mundi, sed *Iosue. 10.*
 victorie populi Israel contra Amalechitas. Nec possumus dicere
 quod signum illud fuerit, quoniam sol tempore Ezechie regis retrocessit decem li-
 4. Re. 20.

neas in horologio tēpli. Non em̄ illud fuit signū finis huius mū-
 di, sed sanctitatis Ezechie regis. Nā etiā diluuiū fuit signū finis
 huius mūdi: q̄a ibi fuerūt reseruata octo aīa, & mulieres ad mū-
 dum replendū. Nec alia multa signa, q̄ in planetis fuerūt mani-
 festata. Fuerūt finis huius mūdi signa, sed alicuius puincia, vel
 regni, vel regis, vel principis, subuersionis, vel destructiōis, vel
 perditōis, vel mortis, vel victoriæ, vel sanitatis, &c. Sed qd̄ erit
 signū huius, s. finis mūdi, certe, serps. Nā angelus lucifer bastar-
 dauit: qm̄ dimisit signū propriæ imaginis, qm̄ corruit humana
 natura tā corporaliter q̄ spūaliter, & tūc habuit suū finē. Quod
 si Adā nō peccasset, eiectus nō fuisset homo, ita q̄ serps ē finis
 hoīs & mundi, & fuit serps Idolū qd̄ Adā & Eua adorauerūt,
 quia crediderūt ei, & voluntatē dæmonis q̄ in eo habitabat, fe-
 cerūt, & voluntatē sui creatoris dereliqrūt, & idolatre fuerunt.
 Et sic Nabuchodonosor interpretat prophetizās mūdi huius,
 id ē, fidei signū, qui Nabuchodonosor signū fecit qd̄ totū figu-
 ra fuit, quæ qdem figura verificabit aī Antichrm̄ pur: quia sur-
 get magnus princeps q̄ seruiet in ecclesia, in dignitate papali, &
 iste princeps in signū, qd̄ ē vltimū idolū qd̄ faciet, & q̄ ipse erit
 Antichristus mixtus, bastardādo portabit serpentē figurā mū-
 di in ore habentē, tñ realiter nō erunt arma sua, sicut serps rea-
 liter non erat arma Luciferi, sed eius arma erat imago Trinita-
 tis aī p̄ctm̄, quā perdidit, ppter p̄ctm̄ superbiæ, qd̄ in ccelo cō-
 cepit, volēs se equiparare deo oīpotēti in potentia. Sic iste prin-
 cept bastardabit portando serpentē pro armis, non tñ realiter
 suis. Et prophetabit vt interpretatū est signū huius mundi ba-
 stardādo, q̄a serpentē portabit vt dixi: qd̄ nobis demonstrat rui-
 nā mundi & humanæ naturæ, q̄ finis debet esse p serpentē, in q̄
 diabolus mundū decepit. Et iste magnus princeps faciet idolū
 quia ipsemet faciet vnū malum papā contra verū papā, vt fecit
 Nabuchodonosor cōtra deū, & ponet illū in cāpo, puincia Ba-
 bylonis, i. cōfusiōis, q̄a nō erit nisi cōfusio, & cōgregabit oēs phi-
 losophos, & astrologos, sapientes, & duces, principes, & barō-
 nes vt erigāt idolū, nō vt eligāt, q̄a electus erit p eū. Sed erūt cō-
 gregatōes p̄dictæ vt erigāt, i. vt publicēt qd̄ factū ē p ipm̄ pri-
 cipē. Sicut fecit Nabuchodonosor, q̄ primo fecit statuā, & po-
 stea cōgregauit philosophos & astrologos, vt erigerēt & publi-
 carent qd̄ factū erat p eū, & cōmendabit cū publicatū fuerit ido-
 lum istud p totā ecclesiā, q̄ cū audierint sonū instrumentorū, i.
 p̄cones publicātes, q̄ adorēt eū, i. acceptent oēs eū sub p̄cena

Nota q̄
 scōz aliq̄s
 brūs Gl̄n
 cēt^o exp̄s
 se demon/
 strant ibi
 principem
 Dediola
 nēsiū, q̄ ad
 lram̄ i cly/
 peo por/
 rat serpen-
 tē deuorā-
 tē hoīem,
 z hoc non
 vt arma
 sua, q̄ nō
 est nat^o ad
 hoc, s. vt
 irusius, vt
 adoptat^o.

mortis. Vñ oēs Chriſtiani vi vel gratis adorabunt eū. Exceptis
Sydrac, Myſac, & Abdenago. ¶ Et hic oriūtur duæ q̄ſtiōes, quarū
prima eſt, q̄ aliqui voluerūt dicere, qđ hoc cōpletū fuit in idolo,
qđ factū fuit Pyſis: q̄a oēs gētes Chriſianitatis adorauerūt eū, ex-
cepti iuxta interptationē Sydrac, i. regnū Caſtellę, q̄ decori ho-
mines ſunt: & Myſac, i. regnum Scocię, q̄ riſu lætiſſime ſunt: &
Abdenago, i. regnū Arogonū, q̄ tacētes ſunt, & non hylares fa-
cie, imo vident gētes iratę, vt illi q̄ iniquitatē detinēt in corde
ſuo, & nō audēt manifeſtare eā, ſed preſſi prę triftitia tacēt. Quę
quidē regna nō adorauerunt idolū Pyſis factū. Dico q̄ nō intel-
ligo de eo, q̄a nō fuit p̄cena mortis fulminata his q̄ nō adoraue-
rūt eū, ſicut fiet i illo de Nabuchodonofor fiēdo añ. Antichriſtū
purę. Secūda q̄ſtiō eſt, nā multi dicūt, q̄ figura illa ē de Antichri-
ſto puro, q̄ erit maledictū idolū: q̄a faciet ſe adorari tanq̄ deū.
Dico q̄ figura nō intelligit de Antichriſto puro, ideo q̄a ille nō
habebit hoīem factorē, nec hoīes erectores vt idolū Nabucho-
donofor, qđ habuit ip̄m Nabuchodonofor, & ab ipſo cōgrega-
tos erectores, vt p̄dictū eſt. Nā ipſe Antichriſtus purus ex inſtiga-
tione diabolica ſe ip̄m faciet adorari tanq̄ deū: q̄a ſic erit terribi-
lis in cōſpectu oīm, q̄ oēs principes huius mūdi vidēdo eū, vel
audiendo eius famā, dabūt ſibi obedientiā, & ei ſe ſubſcient. Nā
cū manifeſtabit, nō habebit hoīem in mundo maiorē ſe, à quo
indigeat fieri monarcha. Sed p̄pter p̄ctā populi deus p̄mittet,
vt habeat poteſtatē ſup oēs principes mundi q̄ tūc erunt. Ergo
nō intelligo de Antichriſto puro. Scđo, q̄a ſicut idolū Nabucho-
donofor habuit ip̄m Nabuchodonofor factorē, & ipſos cōgre-
gatos erectores. Ita habebit iſtud idolū vltimo fiendū añ Anti-
chriſtū purę factorē Nabuchodonofor, i. ip̄m magnū principē
portitorē ſignū huius mūdi, i. ſerpentē, p̄ armis, & erectores, i.
publicatores illos cōgregatos in cāpo Babylonis, i. cōfuſionis.
Quia deus interficiēs eos ambos, mūdus remanebit plus confu-
ſus & verecūdatus q̄ de illo Pyſis. Et q̄ poſtea ambulauerūt in
cōfuſione illorū ſapientū, q̄ eū elegerāt, & iſtud idolū erit in alti-
tudine ſexaginta cubitorū, id ē, ſexaginta p̄latoz, q̄ habebūt eū
papā vi uel gratis. Et aliqui ignorātes decipient ſanctitate extrin-
ſeca iſtius Antichriſti mixti, & erit idolū in latitudine ſeptē cu-
bitorū, i. ſeptē poteſtatū, uel ſeptē principū, q̄ dñabunt quaſi to-
ti eccleſię, q̄ dabūt ei obedientiā, & erūt p̄ eo cōtra vērę papā,
& ſi nō eſſet alius papā cōtra eū, nō fieret p̄cena mortis nolenti-
bus ſibi obedire, Quia vbi eſt vnus papā, credētia Chriſianitatis

vna est, & sic non est necessaria pœna mortis. Sed erit contra il-
 lud idolū alius Papa, q̄ verus erit, in quē gentes in fine credent.
 Et ad subtrahendū gentes ab obediētia veri papę, fiēt tres sub-
 tractiōes, quę importabunt pœnā mortis oībus nolentibus il-
 lud idolū adorare. Quę prima subtractiō fiet ad intra. i. in cor
 Scđa ad extra. s. ad corpus. Tertia, ad vitā. s. ad temporalia. Pri-
 mo iēm subtrahentī corda à vero Papa, propter timorem. Secū-
 do, corpora, propter terrorē. Tercio, tpalia, propter amorem.
 Sed de his tpalibus nō gaudebunt à multo tpe, & isti erūt eccle-
 siastici, quos postea depredabunt, vt inferius dicā. Et finalr de
 tota Chřianitate nō restabunt ad adorādū illud idolū ppter p-
 secutiōes & tormēta, quę à sex principibus fiēt, & septimus erit
 Nabuchodonosor, q̄ sedebit, & alij executionē facient in eccle-
 sia, primo contra p̄latos; secundo, cōtra religiosos & sacerdotes,
 tertio, contra laicos, qui tres status interpretantur per Sydrac,
 Mysac, & Abdenago, q̄ nō adorabunt idolū, q̄ significant tres
 natōes personarū scđm interpretationū istorū triū viroz, q̄ cō-
 tradixerunt idolo Nabuchodonosor, vt superius dictū est. Nā
 Sydrac, interpretat decorus, & isti sunt perfecti religiosi, q̄ erūt
 illuminati à deo cognoscere veritatē ecclesię: q̄a aut p vero pa-
 pa nō morient, aut pro eo ad deserta fugient, vbi erunt latitātes
 per tres annos & plus, s; nō cōplebunt quartū annū. Itē Mysac
 interpretat risus de gaudio, & isti erunt quos permittet deus pu-
 gnare cum gaudio & veritate, & lætitia pro ecclesia cōtra illud
 idolū, & mortē magis sibi eligent cum lætitia, q̄ vitā cum tristi-
 tia. Itē Abdenago interpretat seruus tacens, & isti erunt ignorā-
 tes bonū & malum, & innocentes, mulieres, & multi alij, q̄ erro-
 rem istum ignorabunt. Cum qbus verus Papa dispensabit, & si
 non dispensabit, ignorātia dispensabit sibiipsis. Etiā illi q̄ erro-
 rem illum intelligerent, potius mortē eligerent q̄ errorem su-
 stinere, & tales erunt tacentes. Etiā aliqui fugient ad deserta in
 extremis partibus, vbi non exiet Nabuchodonosor, sed ita ta-
 centes erūt in magna miseria in heremis. Etiā aliqui sacerdotes
 & religiosi in habitu dissimulato in desertis cōrt celebrātes q̄ nō
 portabant coronā, nec habitum sacerdotale, nec monstrabunt
 se s̄as scire, nec tenebunt capellas nec oratoria, nec altaria, sed
 de mane celebrabunt illis qui erunt dispensati. Quia verus Pa-
 pa dispensabit cum eis, vt possint in desertis celebrare, vt per il-
 lam prophetiā quę loquit de ista dispensatione probabo, & ce-
 lebrata missa occultabūt calicē, & alia vestimenta, q̄ pertinent

Persecu-
 tio bonorū
 acerba.

ad celebrandum. Ita q̄ nullus poterit aliquibus indicijis habere
notitiā q̄ sint sacerdotes, & isti erunt serui tacentes, & multi alij
dispensati inter schismaticos in diuinis. Tunc serui tacentes
erunt illi q̄ per angelum eis delegatum erunt liberati à flamma
ignis infernalis. Vt isti tres viri nominati liberati sunt à forno
Nabuchodonosor. Et tunc Christiani cum viderint hæc fieri,
bene poterunt diceret verba thematis. Ecce positus est hic, sc̄z
status dignitatis ecclesie, in ruinā. Sed tamē deus uon deseret ec-
clesiam, sc̄z verum Papam, quia nauicula poterit periclitari, sed
non mergi, & ille vanus intronizandus erit cū illo principe ma-
iori vnus voluntatis. Et redditus ecclesie ita subripiunt, q̄ nō
remanebit beneficiatus q̄ non sit spoliatus à beneficio. Et hoc
sustinebit deus propter purgare filios Leui à sua malicia, de qua
gratis se purificare noluerunt. Et ad hortādum quæ dixi: Ape-
riam duas prophetias Ezechielis, in quibus totum factum ec-
clesie contineat. Nam legimus Ezechielis. 8. cap. quomodo de-
demōrat illud idolū fiendū in ecclesia dei, in fine mundi, contra
vex vicariū suum per idololatrias, qui propter honores & diui-
tias & dignitates consueuerunt quotidie facere vnum papā, &
beneplacentem eis. Et isti facient finaliter vnum maiorem q̄
unquā fuit, nec fiet postea. Quia ab aquilone pādet omne ma-
lum. A quo veniet idolum illud, id est, ex parte Romanorū, vt
patet in supradicto cap̄lo. Propter quod ira dei descendet sup
ecclesiā ita acriter, q̄ orōnes sanctorū plus prouocabunt deum
ad irā quā ad misericordiā, vt patet in fine cap̄li ipsius, vbi di-
cit: Cum eleuauerint ad me voces magnas, non exaudiam eos.
Ita quod sancti qui erunt in mundo isto vnā guttā iræ dei mi-
tigare non poterunt, donec purificatum fuerit sanctuarium, vt
patet in cap̄lo sequenti Ezechielis: vbi dicit, quod deus clama-
uit in auribus voce magna, dicens: Appropinquauerunt visita-
tores vr̄bis, & vnusquisq; vox interfectionis in manu sua. Et di-
cit Ezechiel, quod vidit venire sex viros a parte aquilonis, id ē,
Almaniarū, &c. qui omnes portabunt in manu sua interitus. Et
dicit, quod in medio eorū vidit vnum hominē indutum lineis,
qui ad renes portabat atramentariū, id ē ad corrigiā, & dixit, q̄
dixit deus illi induto lineis, vt transiret per ciuitatem, & signum
Thau signaret in frontibus omnium gementiū & flentium, ri-
dentes & tripudiantes minime signaret. Et illos sex viros per ci-
uitatem interficere oēs quoscūq; inuenerunt sine signo Thau.
Et dixit dñs illis viris. A sanctuario meo incipite. Bona gens.

Consolatio
magis
na.

Purgatio
clericorū.

Exauditus
horribile.

Tribulatōes quas mittet dñs in mundo, in fine mundi, in tēpo-
re Antichristi. Nā isti sex viri armati psequētes ciuitatē, id est,
Chřianitatē erunt sex principes, q dñabunt quasi toti Chřiani-
rati, q erūt obediētes Antichristo mixto. Scđm tñ vt dictū est
superius, vbi feci mentionē de septē, qñ dixi q statua erat in la-
titudine septē cubitoꝝ. Sed qā vnus eoꝝ erit sup oēs, cui illi sex
obediēt, vt dictū est superius. Hic nō fit mentio nisi de sex viris,
qui destruēt ciuitates interficiēdo nō signatos signo Thau, Qui

Attēdāt
clerici

incipiēt pño à sanctuario dei, i. ab ecclesiasticis. Nō q interfici
ent oēs corporaliter, sed aliquos spūaliter. O si scirēt ecclesiasti-
ci q rōne pmittet eos deus tunc psequi: quia ppter pētā eoꝝ,
credo q cibus eoꝝ esset fel cū vino mixtū. Nā qñ ecclesiā pu-
rificari debeāt per Antichřm mixtū, ostendit dñs cū Apostolis
dixit in psona totius ecclesiā Mat. 5. Vos estis sal terrā, qđ si sal
euanuerit in quo saliet, ad nihilū valet vltra, nisi vt mittat foras
& cōculcet ab hoibus. Nā istud sal condiēs amaritudinē, & con-
seruās necessaria, est doctřia ecclesiasticōꝝ, q per vitā & doctři-
nā conseruāt aīas populi in virtutibus, & cum istud sal euanue-
rit, i. doctřina & vita ecclesiasticōꝝ ad nihilū redacta fuerit, vt
patet supius (q pl⁹ facti sunt laqueū aīāꝝ & lupi rapaces, q pasto-
res seruātes greges) ad nihilū valet vltra, nisi vt mittat foras, i. à
beneficijs, honoribus, diuitijs, & dignitatibus ecclesiasticis, p su-
pradictos principes, & cōculcet ab hoibus raptoribus, q cōcul-

Reforma-
tionis mo-
dus.

Tribula-
tio ecclesi-
asticorum

cabūt ita terribiliter clerum si essent infideles & rapidi. Et laici
ita indignati erūt cōtra ipsos, q sacrificiū deo se facere reputa-
bunt de eis, & hoc q dico malis, erit purgatio vitiorum, & bo-
nis augmētatio virtutū. ¶ Sed hic orit̃ quāstio; An deus hāc tri-
bulationē permittat tñ euenire ppter pētā clericōꝝ. Dico q
non, immo dico q etiā ppter pētā populi, & vt intelligatis ex-
emplū, dabo vobis: Vna ciuitas est bene murata, & habet circū-
quaq; tures, p defensiōe ipsius, sed ciues efficiunt rebelles cōtra
regē suū. Vnde rex obsidet ciuitatē, & ponit bōbardas, & alia ar-
tificia ad capiendū eā. Dicatis mihi, ubi incipiet rex pcutere cū
bombardis, ad populū, uel ad mūrē, uel ad tures: certe ad mūrē
& tures. Sed diceres qđ offenderūt muri & tures, q sic debeāt
corruere. Certe qā ptegūt populū rebellē cōtra regē suū. Ideo
ut faciat iustitiā de populo suo, primo destruet muros & tur-
res. Ita deus vult facere de populo suo huius mundi ppter pētā
sua, ut dixi supius, & tñ nemo vult corrigere uitā suā. Ideo dñs
Iesus uolēs inuadere istā ciuitatē, & de eā facere iustitiā p Anti-

christū & cōfractionē in die iudicij. Vult primo murū & turres
 istius ciuitatis, q̄ sunt ecclesiæ bōbardare. Nā sunt muri ad custo-
 diendū istā ciuitatē p doctrinā & bona exempla. De q̄ muro di-
 cebat propheta. Muro tuo inexpugnabili circūcinge nos deus,
 & armis tuæ potētiæ ptege nos semp. Itē sunt turres ad p̄lian-
 dū cōtra inimicos ad defensionē ciuitatis p sacramēta ecclesiasti-
 ca, & per p̄dicatōes. De q̄bus turribus dicebat Psalmista. Fiar pax Psalm. 122
 in virtute tua, & abundātia in turribus tuis. i. ecclesia. Cū mūdus
 sit rebellis cōtra deū suū, ipse vult iuadere istā ciuitatē ad iustitias
 faciēdas p tribulatōes finis mūdi. Sed prio vult bōbardare murū
 & turres. i. ecclesiā. Ideo dixi superius, q̄ dñs dixit illis sex viris,
 q̄ prio īcipiāt à sanctuario suo. i. ecclesia. Et hoc, ppter culpā po-
 puli, q̄a populus est etiā causa q̄ religiosi & clerici & p̄lati sunt mā-
 li. Nā dñi tpales cēperūt sibi viurpare redditus ecclesiæ ppter ho-
 nores, & vanitates & avaritiā, & īsurgere cōtra clericos, & eccle-
 sia cōtra dños tpales p sniām excōicatōis, & ita paulatiue populus
 fuit cā q̄ clerus effectus est malus. Ideo illa p̄secutio quæ veniet
 eis ppter p̄ctā populi, erit eis purificatio vitiōz, & augmentatio
 virtutū, vt p̄secutio īnocentū q̄ venit ppter p̄ctā parentū, q̄ pec-
 cauerūt in filiū dei, qñ noluerūt recipere matrē, quæ venit de Na-
 zareth ad terrā Bethleēm. Ideo p̄misit deus vt ipsi punirent in filiis.
